



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 2. Illustratus Horatij ex Odis locus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

tudine triumphantibus imperatoribus occinebatur,  
Denostis annis tibi Iuppiter augeas annos.  
quod relatum est à Tertulliano. Sed & sanctissimus,  
patiterque disertissimus scriptor Gregorius Nazian-  
zenus ita locutus est in oratione eis Εαστίκειον. Καὶ μεσο-  
διάνη τὸ ἐπωτῶν ζώνης ἔργον ἐμένει, εἶτε στούτε λι-  
θόμυρον ἦν.

Illustratus Horatii ex Odis locus.

CAPUT II.

Cum tanta esset apud veteres infamia eorum, qui  
abiepto clypeo fugerant, quosque contumelioso  
nomine, ut notum est, πράκτων vocabant, quid in  
mentem venisse dicemus elegantissimo poëta Horatio,  
cam vi notam sibi ipse versibus suis inurere vo-  
luerit? Nota enim sunt illa ex oda ad Pompeium  
Varum:

Tecum Philippus & celerem fugam

Sensi relicta non bene parvula:

Cum fracta virtus, & minaces

Turpe solum retigere mento.

An id ei ingenium fuit, ut non in alios modò, sed in  
seipsum quoque, libenter dicta diceret, vinetaque, ut  
alibi sit, ipsemet cederet sua? An in homine minimè  
militari, Mercurialique potius quam Martiali, ne-  
que ad arma, sed ad amores, & ad pocula, & ad li-  
bros tractandos nato aperta illa & simplex timidaria  
tis sue professio iucunda potius quam ignominiosa  
est? Nam quod eum quoque ipsum ad quem scribit,  
inequidem culpæ societatem vocat, videri potest fe-  
cisse Xenæneti Atheniensis exemplo, cuius est no-  
bilis illa responsio ad ciues suos obiurgantes eum  
quod fugisset, μεδ' ὑμᾶν γέ ὡς φίλου κεφαλή. Omnino

Micret  
Lectione  
LII

28

tamen verisimilius esse arbitror, Horatium haec  
que in re Archiloghi, ad cuius se imitationem fuisse  
comparauerat, similem esse voluisse. siquidem de  
ut alia turpiter à se facta, quod apud Alianum he  
mus, prædicauerat, ita cum in prælio aduersus  
Thraciæ populos eadem ratione expediisset fabri  
suam, notum id posteris suo ipsius præconio esse  
luit: cecinitque hoc modo:

*Aστιδι μὲν Σαΐων τὶς αὐγάλει, ἦν δέ τοι θάρυ  
Επτὸς ἀμάρυπτον καλλιπόν εἰς ἑθέλων.*

*Ψυχὴν δὲ ἐξεσάσαι φυγῶν· αὐλαῖς αὔτοις ἔνειν  
Ἐρρέπετο. οὐδὲ τούτοις κτύσουμεν εἴηντο.*

Ita enim eos versus lego; et si aliter Alciatus, sed  
ille bello ferox, ille tyrannorum exactor. Alci  
quem etiam quod inferos, ut hinc ait, canentem pugna  
& exactos tyrannos mirantur Umbrae, non ita  
prodigus animæ, ut non fugere aliquando malorem  
quam mori: qui & ipse, ne hoc nesciremus, venisse  
id suis mandauit, ut auctor est Herodotus in Terpsichore:  
in quo malitiam quandam Herodoti  
Plutarchus. ita ut videatur οὐ φιλοψυχίᾳ ποτέ  
quasi quidam morbus: possintque ad multos com  
accommodari, quæ apud Homerum Veneri lupo  
ter dicit:

*Ἐστι τέκνον ἐμὸν δέσποτας πολεμίας ἕρζα.  
Αλλὰ σύ γ' ιμερόσκητα μετέρχεο ἕρζα γάμου  
Ταῦτα δέ τέρπει θεῶν, λογίαν πάντα μελίσσει.*

*Emendatus versus ex Asinaria Plauti, & locus quidem  
Appuleij in Floridis. C. A. P. III.*

*Locus est Plauti in Asinaria ita scriptus in or  
nibus, quæ mihi quidem videre contigerunt  
exemplaribus.*

*Proprietas*